BEDA VENERABILIS

Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

EXPLT LIBER QUARTUS

INCPT LIB QUINTUS

Postquam murmurantes de peccatorum uel potius paenitentium receptione
eos qui sibi iusti uidebantur tribus continuis parabolis de quibus supra dis
putatum est saluator redarguit docens salutem resipiscentium deo quidem et an
gelis gratissimam sed inuidis hominibus esse gratissima. quarta mox quinque de — p. indignatia
elimosina danda et parsimonia sequenda subiungens. Pia iustaque discretione mani
festat eos qui bona terrena dispersserint. Dederuntque pauperibus ab his aeterna taber
nacula recipiendos. illos autem qui in his soli luxoriari desiderent. in inferno sepeliendos. et
nec stillam aquae permodicam qua pennes tormentorum ardores uel ad momentum refrigerare
queant esse nancturos quia uidelicet et contio praedicandi aptissimus est. Ut post paeni
tentiam elimosina id est opus misericordiae sugeratur. Ille enim iuste a deo paenitens
ut sui misereatur imperat. qui proximi indigentis quantum ualet ipse misereri non tardat.
Atqui auertit aurem suam ne audiat pauperem. oratio eius erit execrabilis. Unde et
iohannes baptista cum turbis suaderet. Ne merito suae sterelitatis in ignem mitteren
tur. dignos paenitentiae fructus esse faciendos. Mox consilium salutis suae
quaerentibus adiunxit. atque ait. Qui habet duas tunicas det non habenti. et qui
habet escas similiter faciat. Et idem pharisaei ac scribae. Non minus auaritiae.
quam superbiae peste languentes sicut paenitentibus ueniam sic et egentibus pecuniam dare
negabant. Uerum ille qui uult omnes homines saluos fieri et ad agnitionem ueritatis
uenire. Nunc a domino nunc eis audientibus ad discipulos suos uerba faciendo con — adiecit
suetae pietatis dona benignus inpendere non cessat. sed ueniamus ad textum. — LXIII

Dicebat autem et ad discipulos suos. Homo quidam erat diues
qui habebat uilicum et hic diffamatus est apud illum
quasi dissipasset bona ipsius et uocauit illum et ait illi.
Quid hoc audio de te. Redde rationem uilicationis tuae. Iam
enim non poteris uilicare. Ait uilicus intra se. Quid faciam quia
dominus meus aufert a me uilicationem. fodere non ualeo.
mendicare erubesco. scio quid faciam ut cum [..]qu[.] amotus fuero
a uilicatione recipiant me in domos planatum e[.] suas. — A.